

www.e-rara.ch

**Guerneri Rolfincii... Liber de purgantibus vegetabilibus, sectionibus
XV. absolutus**

Rolfinck, Werner

Ienae, 1667

ETH-Bibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-12963>

Sectio II.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

SECTIO II.
ARTICULUS I.
DE BRYONIA EUROPÆA
VULGARI.
CAPUT I

de nomine agit, & formâ.

NOMINATUR ἀμπέλῳ λευκῇ à Dioscoride, principali nomine ob foliorum similitudinem. Disconveniunt, quod hæc sint albescentia, illa viridia. *Ait*, etiam vocari βρωνιαῖαν, fortè à verbo βρῖναι, quod pullulare notat: facili enim dexterritate è tellure surgit & adolescit, vel quia florem & fructum gerit βρωιάδην *muscosum*. Ψιλωθρον appellatur, fortè, quod acinis illius coria depilari & præparari queant.

Appellatio.

FORMA. Ταύτης τὰ κλήματα, καὶ τὰ φύλλα, καὶ οἱ ἔλικες, ὅμοια τῇ ἡμέρῳ ἀμπέλῳ. δασύτερα ὅ πάντα. καὶ ἐμπλέκεται τοῖς ὄρθαικῶν ἰσχυρίσιν ἐλαμθανομένη τοῖς ἔλικι. καρπὸν ὃ ἔχει βοτρυώδη, πυρρὸν. ὃ ψιλεται τὰ δέρματα. *Viticular, FOLIA* claviculasque sativæ vitis similia habet, pilosiora tamen omnia, propinquius fruticibus alba vitis se implicat, claviculis apprehendens. *Delineatio.*
Fructum fert racemosum, rubentem, quo coria depilant.

RADIX est prægrandis alba, longa & crassa, altè descendens ex albido sublutei coloris, gustu perquam amaro & ingrato. **FLORES** plurimos exiguos habet, concavos, candidantes, racemosos. **FRUCTUS** exiguæ baccæ sunt, quæ initio virent, maturæ in nostris oris nigricant. Singularis peregrina species est, quæ rubras habet. Talis ex Cretâ allato semine nata viscebatur in horto Illustrissimi Nicolai Contareni, Patritii Veneti à Burgo fuoro: bicocco ab Honorio

norio Bello epist. i. ad Clusum appellata. Virtutes tamen utriusque sunt communes.

Locus.

Locus. Natales agnoscit viciniam sepimentorum, & dumorum, quos scandit & superat non solum circumplendo se, sed sarmentis, capreolis, claviculis suis vicina omnia prehendendo, iisque se diversimodè innectendo & implicando.

Eleganter Columella scriptor Romanus:

*Nec metuit sentes, nam vepribus improba surgens
achradas, indomitasque bryonias alligat ulmo.*

Ut olim veteres ob quotidianum & multiplicem ad vitæ remedia usum in hortis conserebant, ne cogerentur in vepribus quærere, idem & multi nostro seculo faciunt medici.

Tempus.

Tempus. Majo flores promit, baccas verò autumnus suppeditat.

CAPUT II.

Ἡ ὡς κρῆσις, δύναμις, τρεῖς τῆς χεῖρος.

TEMPERAMENTUM calidum & siccum est, undiqueque tenuium partium: incidit, abstergit, aperit, urinas movet. Inde quænam

VIRES ejus sint, facile dijudicari potest. Calor facit, pituitam crassam incidit, attenuat & feliciter educit per alvum, urinam etiam movet. Radix constat partibus igneis & terreis adustis. Folia & caules exulcerant corpus: baccæ cum rubræ fiunt, tingunt coria.

Usus culi-
narius.

USUS CULINARIUS nobilis est. τῆς δὲ ῥίζης ἀσπράγγοι καὶ τὴν πρῶτην ἐκβλάστησιν ἐφθοῖ ἐοθίονται, ἔξουσιν καὶ κοιλίαν κινῶντες. Turiones primo formâ asparagorum prodeuntes, in acetariis sumuntur, & sic alvum & urinam movent.

Mutatis parùm verbis eadem docet Paulus de Aginâ: οἱ δὲ τῆς βρυωνίας ἀσπράγγοι ὀττομαχοὶ μὲν καὶ διαρηγνῶσι.

ὀλιγότεροι δέ. πεπρωμένοι ἢ, μᾶλλον τρέφει τὸν διὰ τῶν
λαχάνων. *Turiones bryonia stomacho quidem accommodati
sunt, & urinam cient, parum tamen nutriunt: quamvis si coquantur
cum olerum asparagis, in nutriendo efficaciores sint.*

MEDICINALIS usus radicis varius est, & aliqua inde *usus*
concinnantur Ὑποερσι.

INTERNA inter excellit radix per se preparata, an- *internus.*
tequam germinat, & folia promit. Detrahe corticem, se- 1.
ca in taleolas, filo trajectam sicca in umbrâ, vel hypocau-
sto. Purgat sine molestiâ.

II. Hoc modo parata redigitur in pulverem & vino 2.
malvatico, in quo zingiber maduit, irrorata, formatur in
trochiscos.

III. *Rhases lib. 1. cont. tract. 18. cap. 2. refert, quendam.* 3.
medicum sibi narrasse, quod quædam mulier deliravit vehe-
menter, nec à medicis liberari potuit, demum sumsit per
aliquot dies de radice vitis albæ, & convaluit.

IV. FECULA bryoniæ in officinis satis usitata, si pon- 4.
dere 3ß misceatur cum decoctis aut sirupo pectorali, & in
repletionem pectoris debito modo exhibeatur, habet vim in-
cidendi materiam crassam in arteriis asperis contentam,
imò ipsi parenchymati impactam, eamque per tussim expe-
ctorandi.

Quercetanus pharmacop. dogmaticâ restitutâ eam commen-
dat, tanquam singulare mundificativum matricis & verum
hystericum medicamentum, contra quasvis uteri suffoca-
tiones.

1. rasum radicis bryonia à cortice liberata,
Concisam, contusam inde in saccum lineum, exprime succum.
In vitro detineatur in frigido. Paucarum dierum spacio in fundo
colliguntur feces alba instar amyli, quibus supernat aqua turbida;
ea defundatur. Pulvis exsicceetur in frigido loco.

2. fecu.

88 SECT. II. ART. I. CAP. III. USUS SPISSUS, LIQUIDUS, EXTERNUS.

re. *fecula bryoniae* ḡ. xij, *castorei vel asa fatida* a. ḡ. x.

Cum strupo matricariae, vel alio quopiam

M. F. Pilulae xvj.

In artis formam redacta chimia ostendit, tali vulgari modo farinaceos pulveres paratos, succo radicum nativo obari, omnisque virtutis esse expertes.

CAPUT III

Spissa & liquida proponit.

Succus.

Succus è contritâ radice recenti expressus & exhibitus pituitam elicit ex capite: Si misceatur cum decoctis pericardialibus, thoracem expurgandi vim habet, nervosque à pituitosis putridisque succis liberat.

DECOCTUM radice inter dejectoria numeratur à Mesue. Cum tamen ventriculo sit admodum ingratum, suadet non esse exhibendum, nisi aromatibus corrigatur, mastiche, cydonio, aliisque roborantibus & leniter adstringentibus.

INFUSUM radice in vino purgat sine molestiâ.

CAPUT IV.

Externa ex bryoniâ remedia.

Ἡ δὲ τὰ ἐξω
ῥησις.

Hæc ex eâ raro conficiuntur. Interdum tamen radix cocta & contusa, inque formâ cataplasmatidis articulis dolentibus ex arthritide applicata, vim habet tumores discutendi, & dolorem in illis secandi.

2. Exstat in officinis unguentum Agrippæ, cuius basis radix bryoniæ. Magni est in hydropse usus, laxos œdematososque tumores discutit.

3. Μετὰ σήκῳ καὶ ἀπλᾶσι πρὸς τὸν πλῆνα ῥησις.
Cum caricis etiam in emplastrum redacta radix lieni utilis est, Dioscoride autore.

SE-

SECTION II.

ARTICULUS II.

DE BRYONIA INDICÆ ORI-
ENTALIS, MECHOACANNA
ALBA.

CAPUT I.

De primâ inventione.

AD bryonias referuntur duæ radices, superiori *Dignitas*
declinante, & hoc currente inventæ seculo. In- *duarum na-*
ventæ autem sunt, non quod natura novas in- *dicum ex-*
illis ediderit formas, sed quod à novi orbis in- *plicatur.*
colis nobis fuerint detectæ. Varietates sunt,
non novæ species.

Mechoacanna appellantur & Gialapium.

Tempore prius inventum fuit Mechoacannæ: aliquot
annis post Gialapii.

Ut *ἡ δὲ τῆς Πηγνίδος ὁμοῦ τῆς*, secunda meditationes sa- *Earum com-*
pientiores prioribus, ita etiam secunda radix nobilior priori, *paratio.*
majoremque natura apud humanum iniit gratiam genus,
gialapii propalatione, quàm mechoacannæ. Gialapa do-
mina est, mechoacanna ancilla. Auream meretur stolam
gialapa, laneam mechoacanna. *ὅπως* mole tumet mechoa-
canna, *διωκὺς* virtute turgēt gialapa.

Infelicia secula retrorsiora, quod caruerint gialapâ,
exultent nostra, quod eâ abundant. Cujuscunque magi-
stra est cacochymia gialapa, nulli non parata succurrere
morbo.

In Indiis orientalibus, maris Oceani provinciâ, quadra- *Natalicia*
ginta miliaribus supra Mexicum, Mechoacan dicta regio *incunabula*
est, omnium Indiarum auri, & præsertim argenti feracissi- *virtutis &*
ma: a leô temperato, & salubri præterea aëre, plantarum- *fame pra-*
que

conio illu
bria.

que ad varios depellendos morbos, comparatarum proven-
tu adeò dives, ut ad conservandam sanitatem nulla com-
modior provincia in Orientali Indiâ habeatur.

Hanc subjugavit & sub Hispanorum jugum misit Fran-
ciscus Cortesius, anno M D XXIV. Hoc eodem anno
sancti Francisci sacris initiati monachi in insulam delati, ut
propagandæ religionis scopo sui ordinis monasterium illuc
exstruerent.

Horum primas, seu præfectus, GUARDIANUM appel-
lant, quum longo & periculoso, factâ tantâ aëris Indici
cum Hispanico mutatione, morbo affligeretur, dominus seu
regulus totius provinciæ *Cacooncin*, qui visitandi causâ ipsum
acceserat, habeo, inquit, subditum, cujus te curæ commit-
tam.

Ille accersitus benè sperare jubet, curatum iri ægrum,
siquidem radicis cujusdam farinam sumere non detrectave-
rit. Eam cum recuperandæ sanitatis cupidissimus Franci-
scanus perlibenter, cum modico vino, sumisset, ita purga-
tus, sine dolore & molestiâ, fuit, ut eâdem die melius ha-
buerit, atque tandem pristina sanitati fuerit restitutus. Il-
lius exemplum sequuti & alii monachi & nonnulli Hispa-
ni ægri, pulverem semel & bis sumunt, & similiter libe-
rantur.

Ejus rei testimonio Mexicum misso, ad totius ordinis
supremum præfectum, quem ipsi provincialem nominant; sit
istius radicis periculum, magno omnium, qui sumserunt, com-
modo, & admiratione. Itaque brevi temporis spatio, per
universam illam provinciam celebris facta est hæc radix, &
ei rhabarbari Indici nomen inditum: tandem in Peruanum
etiam regnum, reliquasque novi orbis provincias illius
usus inductus, neglectis cæteris medicamentis, tantâ
confidentiâ, ut eâ sumtâ certam sibi salutem nemo non
promitteret.

Hæc fuit inventio radicis à Nicolao Monardè in *simplici-
um medicamentorum historiâ capite 51. promulgata.*

CA-

CAPUT II.

Appellationis ratio.

NOMEN totius, ex quâ delata est, insulâ retinuit, *Nomina.*
 & MECHIOACAN tunc quidem, nunc, postquam nomen hoc per tot nationum linguas transit, Mechioacanna dicta: à virtute, quam parem, imò superiorem cum rhabbarbo obtinet, RHABBARBARUM ALBUM etiam vocatur, quo nomine etiam nostris aromatariis primum vendita fuit.

Nicolaus Monardes Hispali in patrum Franciscanorum claustris ex Mechioacan insulâ allatam se vidisse testatur. Est radix plantæ ad convolvuli naturam proximè accedentis, tenerrimæ, & delicatæ, quæ non aliter vicinas domus, quàm clematis aliqua, aut convolvulus investit. Fructum fert rotundum, baccarum bryoniæ instar sibi invicem adherentium. Radix advehitur ad nos fragmentis magnis & parvis, partim in taleas concisis, partim manu fractis.

Inde forsitan est, quod bryoniæ radicem esse nonnulli crediderint, cum quâ etiam tantam habet convenientiam, ut, forsitan non incommode ad vitis albæ seu bryoniæ, sed tamen Indicæ species referri possit, licet refragentur, cum Monarde loco citato, Lugdunenses in historiâ plantarum, & Dodonæo.

Hanc cum bryoniâ radicis Mechioacan convenientiam vidit Petrus Pena in adversariis. Radicem hanc, scribit, non visam qui nosse cupit, intueatur bryoniæ radicem. Sunt enim in cortice, ejusdem coloris, rugæ, & ferè magnitudinis eadem striæ. &c.

CAPUT III.

Nota bonitatis.

ELIGITUR & præ cæteris commendatur, quæ recens *Electio.*
 est, albicans, exteriore parte nonnihil flavescens, ma-

gna, ponderosa, insipida. Rejicitur autem, quæ nigricat, cariota est, sicque etiam minus ponderosa. Ponderosa dicitur respectu habito ad alias leves, erosas & cariosas. Cum heterogeneis constet partibus, quibusdam aëreis & tenuibus, quibus deobstruit, quibusdam terrestribus, quibus astringit, non mirum est, quod absolutâ purgatione internarum partium robori nihil adimat, nec eas debilitet: imò illâ purgati robustiores evadunt, *Monardes simpl. medic. hist. cap. 57. censure.* Hinc fit etiam, ut nullâ correctione indigeat.

Non tamen nimis creber sit ejus usus. Mechoacanæ usum, inquit *Crato consilio 57.* minus tamen frequentem esse volo, cum certum sit, ex usu frequentiore alvum plurimum siccari.

CAPUT IV

temperamentum enodat.

Vires. CALIDUM in primò, & siccum in secundò est gradu. VIRIUM magnarum esse hoc medicamentum, cui par in omni purgantium censu invenire difficile sit, nihilque eo in ferosâ colluvie præstantius olim creditum. Purgat pituitosos, crassos, viscidos humores. Fastidium sumentibus nullum parit, insipidum cum sit, absque omnibus torminibus alvum reddit liberrimam. Hoc non ignoravit, qui Nicolaum Monardem primus hujus admirandas facultates docuit, *Paschalis Catanæus Genuensis.* Hic, quum ex novâ Hispaniâ redux periculosè ægrotaret, & purgante medicamento opus fore *Monardes* diceret, negavit se quicquam præter mechoacannam sumpturum, felici eventu non semel usurpatam.

Autor est idem *Monardes*, in manu medici, aut ejus qui sumserit, esse, eam humoris quantitatem purgare, quam volet: sumpto enim juseculo aut quovis alio cibo statim vim ejus purgatricem infringi & sisti.

Hoc ipsum veritati consentaneum non esse, non solum *Joban.*

Johannis Fragosi regis Hispaniarum medici, sed nostro etiam frequenti experimento constare potest.

Hisce tamen elogiis tempus veritatis filia multum detraxit: neque hyperbolicæ laudes firmo steterè talo, ita ut nunc præ gualapio sordeat quasi, & cum mundo senescente, etiam ejus evanescat & marcescat autoritas.

CAPUT V.

Utendi modus.

VARIUS ille est, in pulvere & substantiâ tamen frequentior, sed ob copiam & doses molestiam ingratus.

ο ἢ τοῦ
πρὸς τῆς
χρήσεως.

℞. pulveris mechoacanna alba ℥j.

anisi, fœniculi a. ḡ. iij.

1.
In formâ
siccâ.

M. Vehiculum potest esse cochlear vini, aut jusculum, & superbibatur haustulus.

℞. mechoacanna alba optima ℥℥, dacrydii ℥iij,

turpedon gummosi ℥j, conserv. violarum ℥j,

sacchar. in aq. fœniculi soluti ℥x.

2.
visâ.

Sub finem addantur

olei anisi ḡ. x. cinamomi ḡ. xj. F. Morsidi.

Dosis ℥j vel ℥iij. S. Purgit Morsellen.

ESSENTIAM mechoacannæ proponit Job. Petrus Faber myrorhæcio spagirico lib. 2. cap. 28.

℞. radicis mechoacannæ alba ℔℔,

agarici trochiscati ℥℔,

cinamomi, caryophyll. a. ℥℔,

fl. rosarum, violarum, calthæ palustris a. ℔℔,

sem. anisi, fœniculi a. ℥j.

3.
humidâ
infusi.

Concisa contusa s. a. suspendantur sacculo inclusa, in dolio-
lo, vino generoso Francico vel Jenensi pleno.

Hoc medicamento usus nobilis vir, ad vitri unius & alterius mensuram, in prandio & coenâ liber evasit ab insultibus colicis, quibus sæpè infestabatur.

SECTIO II.
 ARTICULUS III.
 DE BRYONIA INDIAE OCCIDENTALIS, MECHOACANNA
 NIGRA, GIALAPA.

CAPUT I.

Inventio, nomen, electio.

Nomen.

UT orientalis India mechoacannam radicem, ita occidentalis galapium, seu jalapam transmittit. Huic

NOMEN in omnium est ore, totum terrarum orbem pervagatum. Recens inventum medicamentum, cuius potestas veterum nemini nota.

Quinquaginta ferè anni sunt, quàm primùm Massiliam, nobilissimum maris Mediterranei portum Galliaque emporium, radix hæc deferretur, & magno cum plausu aromatiis Europæ à Massiliensibus venderetur.

Ejus virtus cùm Europæis innotesceret intimiùs, adeò æstimata fuit, ut omnibus purgantibus præferretur. Quotidianâ experientiâ testari possumus, nihil esse magis commodum purgationi hæc radice.

Delineatio.

Radix est tessellatim incisa, rotunda, circularis potius, exterius nigricans, interiùs rufescens ob copiosam resnam: si igni admoveatur, flammam concipiens. Inodora pariter est. Acrem quandam aperientem & incisoriâ vim linguae prodit.

A Baubino in pinace lib. 8. sect. 1. refertur ad bryonias, & vocatur bryonia mechoacanna nigricans in ordine septima.

*Foris est &
non est mi-*

Samuel Clossens ex relatione Angli cujusdam, exoticarum plantarum expertissimi, putat esse radicem Mimbilis

Pi-

Peruviana flore rubro. Est hæc magnæ admirationis herba *rubilis Peruviana*, ita indigitata à Lobelio.

Eventus docuit, nostro climâ natam nulla purgandi vi excellere. Solanum Mexiocanum flore magno appellatur à *Baubino* in phytopinace.

ELECTIO. Optima est exterius nigricans, interius *Electio* ob copiosam resinam striis orbicularibus cepearum in morem, hinc inde discurrentem magis rufescens, & si igni admoveatur, flammam promptissime concipiens. Taleolæ majores magis albicant, minores magis nigricant. Rotundæ quædam pilulæ nigræ quasi totæ, non obediunt pistillo, nec comminui in pollinem se patiuntur.

Nulla tamen inde jactura lucri. Cum speciebus purgantibus misceri queant.

Dum tritatur in amplo mortario, atomis suis cum nares ferit, excitat sternutamenta. Ut præcaveatur incommodum, modicum aquæ aspergi potest.

CAPUT II.

Noxæ nullæ ipsi adsignantur.

Tὼν δυσχερεστάτων εἶναι εὐερεῖν τὸ βοηθημα τοῦτον, ὃ μηδὲν *Innocens* βλάπτειν ὀνήσει μεγάλως; *difficilimum esse invenire remedium nullius cuius tale, quod citra ullam lesionem & noxam magnificè prosit, paucum est* tradidit *Galenus* ii. *methodi medendi* cap. 12. Tale tamen esse *radix* videtur *Gialapium*. Omnibus partibus videtur esse auxilio, nullis nocumento. Hujus radices symbolum est *ὠφε- Symbolum* λείειν, καὶ μὴ βλάπτειν, *juvare & non ledere.* *radicis.*

In primis ejus natalibus fidera & elementa, in conspiciuntur *Conspicuo* adhibitis $\odot$ Δ γ . ∇ σ $\vartriangledown$ videntur *ædus amicabile astrorum in* inesse producendi arcanum quoddam naturæ, in salutem *natalitii* humani generis proficuum, noxiis sequestratis atomis. *hujus radicis.*

Vitriolum *Paracelsus* quartam pharmacopolii partem *els.* absolvere memoriæ posteritatis inseruit. *Gialapio* tres re- *Companio* liquæ partes attribui possunt. Promptam promittit opem *cum Glo.* nam, cum corporis expurgatione est opus & expiatione. *Nul-*

Nullâ opus habet correctione, sine freno, sine calcari debitum præstat officium.

Obiectio

Virio verti potest illi, quod siccum sit, & post operationem alvum ita siccum reddat, ut aliquot dierum spacio officium non faciat.

resolvitur.

Respondetur, concedendo siccum esse actu *neg. dividit.* Dum serosa copiosè educit, feces tam citò colligi nequeunt. Hoc etiam aliis purgantibus commune, quibus eo nomine nulla scribitur cura.

CAPUT III.

Temperamentum. Vires.

negans.

Δυναμεις.

TEMPERAMENTUM ejus calidum est, & siccum.

VIRES, serosum & pituitosum humorem evacuant, imò verò omnem vitiosorum humorum redundantiam minuendi præ cæteris obtinet maximas.

CAPUT IV

dirigentia proponit.

*Gialapium
plenum gratia.*

Gialapium quidem in gratiâ omnium est partium, cum tamen quâ medicamentum, *εναλλων* quandam habeat cum affectibus partium, ne remora quædam occurrat, actionem ejus ad certas partes dirigentibus consuli posse videtur citiori, tutiori, & jucundiori operationi. Hæc enim dum parti affectæ familiaria sunt, in comitatu suo succurrunt omnibus incommodis, & illa grata redunt.

*Dirigentia
ad certas
partes in
infusis,*

IN INFUSIS, DECOCTIS, herbarum, radicum, seminum, florum corpora misceri possunt.

Ut ad CAPUT virtus ejus ducatur, misceri possunt cephalica: *folia majorane, fl. lilior. convall. sacchados Ambica, radix pæonia*: ut ad OCULOS, *euphrasia*: Ut ad PECTUS, *veronica, p. lmonaria, scabiosa, scilla, semina saniculi*: Ut ad COR,

COR, scorzonem: Ut ad VENTRICULUM, stomachica, mentha, anisum: Ut ad HEPAR, epatica aurea, cicbor. sandalum rubrum: ut ad LIENEM, asplenum, spicantha. Si scorbuticum adfit inquinamentum, cochlearia, nasturt. sedum addantur. RENUM vacuationi animus si sit intentus, addantur aperientes radices. Si UTERUS curas ad se trahat, addantur matricaria, artemisia: Sin ARTICULI, chamadrys, chamapithys.

IN PULVERIS formâ sin exhibeatur, dirigentia sint in pulvere. compendiosa, in parvâ mole magnas vires habentia.

SALIA specificarum plantarum laudabili funguntur officio, in capitis, thoracis, imi ventris, artuum affectibus, varianda. Sal majorana, euphrasia, veronica, juniperi, fraxini, Salia facigenista, saxifragia, matricaria, artemisia, chamadrys, chamapithys unt officium. unt officium.

OLEA specifica eorundem simplicium locum salium tueri possunt.

ELÆOSACCHARA eorum commodissima tum ad directionem, tum saporis gratiam commendata esse debent.

CAPUT V.

Utendi modus in pulvere deprecatur.

TRIBUS potissimum heroicis modis in usum vocatur: sicco, spisso, & liquido. Primum locum obtinebit

PULVERIS forma. Cum facile expiret ob resinosas & eas atomos, in paucâ quantitate parari debet. In pulveris formâ.
DOSIS ordinaria ut plurimum est ℥j. Adscendere in robustis possumus ad ḡ. xxx.

Honoratus vir quadriennii curriculo mense Aprili Historia
corripiebatur dolore circa regionem ventriculi cum tumore leniter extrâ vergente. Cataplasmatibus & unguentis maturantibus adhibitis restituebatur, per os excreto pure. i.

Quinto anno fides data nihil mali metuendum, modo consentiret in unum medicamentum. Propinavi in cerevisiâ

visâ costâ cum pane pulverem gialapii selectissimi resino-
si ʒß. Morem gessit necessitati, & multis dejectionibus ge-
nerosis apparentibus, salvus evasit, immunis factus & liber
à gravibus suis arumnis.

2. Cachecticus à copiosâ ingluvie, in artubus & facie
pendula vestigia signante, liberatus adsumtis gialapii xxx
granis in rob sambuci, & sequente die, ʒ diaphoretici ʒß,
in aquâ sambuci.

3. Colicus dolor feliciter profligatur usu gialapii. *An-
gelus Sala* à colicis doloribus se, adsumtis ʒ crudi ʒij, li-
beratum deprædicat, nullis juvantibus aliis, causamque al-
leviationis adscribit remotioni causæ tartarea in intestinis
collectæ, & superficiæ eorundem internæ adherenti.

Interponit.

Pygmæum est remedium contrâ gigantæum morbum.
Contrarium quidem est, & quale oportet, sed οὐκ ἀνάλογον
τῷ μεγέθει τῆς ἀσθενείας, non proportionale magnitudini morbose
dispositionis. Est contrarium ἀμετρεον minus, non σὺμμετρεον
in illâ dosi: neque etiam in majori dosi nisi pigrè, segni-
ter, & tardè quicquam laude dignum efficere potens est.

Ut plurimum colicus oritur dolor à fecibus circâ cœ-
cum & principium coli intestini hærentibus, ibique transi-
tum impredientibus, in flatu resolutis, & fermentatis.

Expedit hæc incommoda gialapium, etiam non præ-
misso clystere, ad ʒj cum oleis vel elæosaccharis permi-
stum. Tollitur dolor, etiamsi nondum alvus sit soluta.
Quamprimum feces, novâ fermentatione in lacteis & sani-
guifluis venis & arteriis, commoto sero diluuntur, & dilu-
ti ad locum obstructum perveniunt, momento cō levamen-
sentit æger.

Solutâ alvo cū plures sequerentur serosæ dejectione-
nes, non nemo putabat, dolorem ortum à sero.

Aliter sentiendum monere videtur veritas.

CAPUT VI.

*Modus miscendi cum aliis, salibus, oleis,
eleosaccharis ponitur.*

I. cum

CUM ALIIS PROPONIT.

99

I. CUM SALIBUS.

- ℞. pulv. lax. vegetabilis gialapiani ℥j,
salis rorismarini, majorana a. ḡ. ij.
M. S. LaxirPulver.
- ℞. pulv. lax. vegetab. ℥j, salis euphrasie ḡ. ij.
In chartâ benè permista S. PurgirPulver.
- ℞. salis mentha, absinthii a. ḡ. ij.
pulv. gialapii ḡ. xxv. M. S. LaxirPulver.

In affecti-
bus capitis,

oculorum,

Stomachi.

II. MISTURÆ OLEORUM.

- ℞. pulv. sirii vegetabilis gialapiani ℥j,
olei rorismarini, rhodii ligni a. ḡ. ij.
M. S. PurgirPulver.
- ℞. pulv. gialapii nigri resinosi pulv. gr. xxviij,
ol. cinamomi ḡ. vj. S. Starck ZimmerPur-
girpulver.

Exhibeatur in cochleari cerevisiæ coctæ cum pane.

Hoc modo olea aliis partibus appropriata jungi pos-
sunt gialapio.

Olea nonnulli prætereunda esse judicant, cum super- *Dubitatio*
natent, & nauseabundam inclinationem excitare valeant.

Sed non vaciæ huic dubitationi aures dandæ. Par- *resolvitur.*
va præbia magnas alterationes facere non possunt.

III. MISTURÆ ELEOSACCHARORUM.

- ℞. pulv. laxativi vegetabilis gialapiani g. xxvj,
elosacchari majorana, anthus a. g. ij.
M. S. Laxirpulver.
- ℞. pulv. lax. vegetabilis gialapiani ℥j,
elosacchari anisi, fœniculi a. g. ij.
M. In chartâ S. Purgirpulver.
- ℞. pulv. laxat. veget. gialapa g. xxvj,
elosacch. mentha crispæ, absinthii a. g. ij.
M. In chartâ S. Pasf' avant Pulver.

In affectu
capitis,

thomæis,

ventriculi.

Pari modo dirigentia in aliis affectibus variari que-
unt.

MISTURÆ ALIORUM PURGANTIUM IN CACOCY-
CHYMIA PITUITOSA MISTA.

Aliæ auxiliares copię adjungendæ, pro diversitate præ
vel subdominantis humoris.

In cacochy-
miâ melan-
cholicâ in
capitis af-
fectibus.

℞. pulv. lax. vegetab. ℥j,
croci ♂ nigri aper. ℥℞,
extract. hellebori g. ij.

Ducantur in mortario vitreo cum pistillo, & miscean-
tur, ut absorbeatur extractum. Adde

elæosacchari rorismarini g. v.

In chartâ S. Purgirpulver.

In paritate
cacoch. pit.
& biliosâ.

℞. pulv. laxat. vegetabilis, sirii scammoniâ ℥i a. ℥℞.
elæosacch. citri g. vj.

M. F. Pulvis S. Purgirpulver.

In pituitosâ
& serosâ.

℞. pulveris laxat. veg. g. xxvj,
magisterii chrysops g. iij, M.

℞. pulveris laxativi vegetabilis ℥j,
crystallorum ♀ rub. ℥℞,
elæosacchari majoranæ g. ij.

In chartâ S. Purgirpulver.

℞. gialapii nigri resinosi pulverisati g. xxvj.
elæosacchari citri g. vij. M. F. Pulvis.

℞. elæosacchari menthæ crispæ g. vij.
gialapii resinosi pulverisati ℥j. M. F. Pulvis.

℞. elæosacchari melissæ g. iij,
gialapii pulverisati g. xxv. M. F. Pulvis.

℞. gialapii nigri resinosi ℥j,
elæosacchari chamedryos g. ij.

In chartâ M. S. Exirpulver.

CAPUT VII.

Utendi modus in speciebus.

Species dia-
gialapa. C Elebres sunt species DIAJALAPPE à Mynsieba deli-
neatæ.

℞. m. d.

R. rad. jalappa optima & resinosa ℥iiss,
acidi ♀ ℥B, o cinamomi ℥j.

M. F. Pulvis subtilissimus. Pituitam & bilem è corpore educit. Ob id articulorum & hypochondriorum doloribus prodest.

Dosis ℥j. ad ℥B.

R. fol. fumaria, aspleni a. MB,
ling. cervina n. x, centaur. minoris p. iij,
radicis cichorii, feniculi a. ℥ij,
sem. genista bisß. anisi, feniculi a. ℥ij,
jalapa resinosa per noctem in V/ macerata ℥j,
seae Alex. f. f. rhabbarbari a. ℥ij,
agarici trochiscati ℥j,
florum violarum, boraginis a. p. ij,
salis ♀ albi ℥j.

Species di-
jalapii alte-
rantes &
purgantes
hypochon-
driacæ.

Concisa contusa f. a. dentur ad chartam. S. Species.

Alterantia & dirigentia si mutantur, ad eam methodum, aliis visceribus, cacochymia pituitosa & serosa laborantibus succurri potest.

CAPUT VIII.

Utendi modus in morsellis, & rotulis.

R. rad. jalapii nigri recenter pulverisata ℥B,
ß. diacarthami ℥j, resina scammonii ℥j,
spec. rosata novella ℥j,
conservæ rosarum albarum ℥j.

Morsuli.

Sacchari in aqua cichorii soluti ℥vj. Adde
olei anisi, feniculi a. g. vij.

M. F. Morselli, pondere ℥B. Una in validioris, dimidia in lenioris naturæ hominibus, cum bibuntur acidulæ, sufficit.

Basis, principatu locationis se tueri in hac statione, videtur, pituitam & serum educens. Juvant species Alga hanc operationem. Subdominantem bilem respicit
N 3 scam-

scammonii resina. DIRIGUNT species rosata novellæ ad affectas partes. CORPUS largiuntur & GRATIAM conciliant conserva & saccharum. ULTIMO adduntur olea, temporis ratione, ne in coctione ad volatum evanescant vires, aut avolent.

CAPUT IX.

Magisterium seu resina gialapii.

Concinnatio.

PARATUR ad normam *chimie in artis formam redactæ*, ex radice selectâ, in quâ nigræ resinosa orbiculatæ striæ, inflammabili, ad sibi, & spiritu vini rectificato, admotâ chartâ ardente, in flammam erumpente.

Tinctus spiritus, inclinato vase defunditur, novus superinfunditur, donec non amplius coloretur. Coniunctus imprægnatus evaporet, vel destilletur. Post affusâ aquâ, quæ sponte non cecidit ad fundum, præcipitetur.

Examen.

In præparatione hæc notandum,

1.

1. quod spiritus vini debeat esse, non vulgaris, multo phlegmate dilutus, sed rectificatus *de jure* præcedens, der Vorsprung. Hic enim multi phlegmatis expers, idoneum resinæ extrahendæ est menstruum. Hoc si negligatur, extractio manca & imperfecta.

2.

Sponte interdum fundum petit resina. Nonnunquam evaporatione factâ demum sequitur.

3.

Si digestio post infusionem nimis sit festina, spiritus avolat in aurâs, & manca est solutio & resinæ extractio.

4.

Utilitatem evaporationis vel distillationis extollit Zvvelferus, quod sic magisterium spoliatur graveolentiâ, quam sola ABLUTIO, quàm sæpissimè licet reiteretur, tollere non potest.

Præbendi

DOSIS ὅβ. ḡ. xv. vj. vij.

τὸ πρῶτον.

MODUS UTENDI memoratu dignus. In vehiculis, li-

τὸ πρῶτον, for-

me liquo-

ris.

quidus, ut jusculis calidis solvitur, & adhærescit, partim cochleari, partim faucibus. In frigidis vehiculis, ut sirupo vel aquâ cinamomi non concrevit.

R. resi-

℞. *resina gialapii* gr. xvj. *sirupi cinamomi cochl.* j.

M. Absorbeatur frigidum *auusti*.

℞. *magisterii gialapa pulv.* ḡ. xv.

crystallorum ♀. 3℞. M.

℞. *pulveris epatici rubri dalcis,*

magisterii gialapa, a. 3℞.

elaeosacchari cinamomi ḡ. v. M.

Detur in cochleari vini albi.

℞. *magist. resinosi gialapii,*

extracti pil. ♀. *Zwelferi* a. 3℞.

M. Cum mucilag. *tragac.* F. *Pilula.*

Dentur statim adhuc molles.

℞. *magist. gialapa* ḡ. xvj. *crystall.* ♀ *rubr.* 3j.

conserva fumaria 3℞.

sirupi violarum q. s. M. F. *electuarius.*

℞. *magist. gialapa* ḡ. xv.

scammonii rosati ḡ. ij.

spiritus rosarum fragrant. ḡ. v.

conserva rosarum q. s. M. F. *Bolus.*

*electuarius
boli.*

CAPUT X.

*Modus utendi in formâ spissâ,
electuarii.*

AD imitationem *Bayeri*, *caryocostini electuarii* auctoris, *Electua-*
concinnari potest *caryo costinum gialapianum* hoc *rim.*

modo:

℞. *caryophyllorum,* *costi odorati* a. 3j.

gialapii nigri, scammonii ♀, *sacchari despumati* a. 3j.

aut loco ejus mellis triplum. Prius autem palato gratus &
nobilius. S. nomine notato.

BASIS *gialapium* & *scammonium*. Duo hæc stimulo
non egent. DIRIGUNT ad viscera opis indiga *caryo-*
phylli & *costi radix*, quæ si genuina impetrari nequeat, an-
gelicæ radix substituatur.

Officium facit in *cacochymia pituitosa* & *biliosa*.

DOSIS 3ij. & ultra.

℞. *gial.*

R. *gialapii recenter pulverisati ℥j,*
sirupi conservationis citri q. s.
M. F. Electuarium S. Exiréatwerg.

Loco sirupi citri, sumatur sirupus cerasorum condito-
 rum, & gratisimum fiet palato electuarium.

In mistâ cacochymiâ mutari potest.

R. *gialapii, magist. scammonii rosati, χρυσόπρ a. g. viij,*
eleosacch. cinamomi, caryoph. a. ḡ. ij,
sirupi acetositaris citri q. s.

M. F. Electuarium molle.

*Variatio
 prabii.*

Habeat medicus ad manum pyxides minutas terreas
 latas, sex vel septem, plenas sirupis pomorum borsdorf. ci-
 tri, aurant. cerasorum, berberum, cinamomi, &c. Quærat
 ægrum præsentem, si electuarium petat, quem saporem po-
 tissimum expetat, & secedens in suo conclavi misceat gila-
 pii ℥j, vel plura grana, in illâ pyxide, quæ respondet voto
 & expectationi ægri.

*Adminatio
 prabii.*

Mirabitur ipsum æger, & majori habebit in astimio,
 quàm antea.

Hoc artificio usum me non rarò illustrium persona-
 rum gratiosis excepit ulnis desideratissimus favor.

CAPUT XI.

Exhibitio in formâ boli.

- Boli:*
1. **H**ujus eadem ratio. Quò minùs præbium, eò acceptius.
 R. *gialapii recenter pulverisati g. xxv. essentia citri q. s.*
 M. in marmore plano, in bolum minutulum, ut
 vix primum minimi digiti æquet articulum.
 2. R. *gialap. pulv. ℥j, aque cinamomi parcissimâ
 manu, tantum quantum sufficit, pro incorporatione.
 Forma cum cultro in bolum oblongum. Detur.*
 3. R. *pulv. gialapii ℥j, sirupi cinamomi q. s.*
 M. F. Bolus minutulus. S. *Purgierendes Zimmer Bistlein.*
 R. *pulv.*

℞. pulv. laxat. vegetabilis ℥ss,
 spec. dia turbedon cum rhabarbaro g. vj,
 scammonii rosati g. j,
 conserva violarum liquidioris ℥ss
 scrupi conserv. zingiberis q. s.
 M. F. Bolus.

CAPUT XII

ad spissam formam progreditur, in
 quinta essentia.

Petrus Johannes Faber myrothecio spagirico libro 2. cap. 29. ejus Preparatio.
 facit mentionem, eodemque modo conficit, quo pa-
 rat quintam essentiam mechoacannæ. Nimirum impræ-
 gnatum tincturâ, & per linteum colatum vini spiritum, de-
 stillat per alenbicum ad mellaginem.

Similes habere vires, & ad eosdem curandos affectus
 adhiberi scribit, cum mechoacannâ. MAJORI tamen do-
 si, quia non ita potenter purgat, ac mechoacanna, sed mul-
 to benignius, ita ut sumatur absque ullâ noxâ, ad ℥j vel ij,
 in juseulis tenuibus vel aquis stillatitiis, manè jejuno ven-
 triculo, servato regimine & custodiâ.

Benè habet preparandi modi PARS PRIMA, SOLU-
 tio & extractio resinæ per V. Aqueum menstruum nullum
 habet in eam imperium.

REDUCTIO ad resinofam mellaginem per destillatio-
 nem omne complet punctum. Hæc enim aufert simul in-
 gratos odores.

VIRTUTUM assignatio justo stat talo, respectu affe-
 ctuum arthriticorum & podagricorum.

Dosis determinata vacillat. Ut gialapium in substan-
 tiâ generosius operatur mechoacannâ, ita etiam resina &
 essentia.

Resinæ gialapii sufficiunt g. xvj xx.

Essentia hæc ambigit inter tincturam & resinæ magi-
 sterium.

CAPUT XIII.

Sirupus de gialapii radice, compositus ex coctione, infusione, alterans & purgans.

Compositio.

℞. rad. graminis, glycyrrhizæ, sarsaparillæ, a. ʒij,
sem. anisi, fœniculi a. ʒij. cort. capparum ʒij,
fol. aspleni, ling.æ cervinæ, lonchitidis levis MR.

Incisa, contusa, infunde in ∇ fontana, q. s. coque ad medietatem. In colaturâ expressâ infunde per noctem

bryonia Indica nigricantis in ∇ macerata ʒj,

agarici Tridentini, seminum cnici contusorum,

sena Alexandrinæ a. ʒß,

caryophyll. Indicorum, zedoariæ, cori. citri,

macis, florum & nucis a. ʒj,

fl. epaticæ aureæ cæruleæ, bomg. buglossi p. ij.

Coq. in suff. q. aquæ fontanæ. Colaturæ adde sacchari albi q. s. ad justam sirupi consistentiam & lindsaffi.

Basis.

BASIS hujus medicamenti est gialapium, *δεξιμεν* *δεξι*
μεν *δεξι* *μεν* principem in medio locum obtinens & potestatem, ut meritò sirupus nomen gialapianæ familiæ præ se ferat. Pituitosis succis fermentandis inde aptus est.

Juvantia.

JUVANT hanc actionem agaricum, & cnici semen.

Cum verò rarò cacochymia simplicitate gaudeant, sed complicata sint, illarum etiam ratio habita, & sena, crassis & siccis sanguinis atomis movendis apta, adjuncta.

Corrigentia.

CORRIGENTIBUS quidem tantopere opus haud habent, addita tamen sunt quædam aromata, quæ viscera roborant, & DIRIGENTIA simul, cupidâ propensione, quæ ad partes ducunt.

Ufus.

PRODEST expediendis & à crudâ farcinâ liberandis meatibus chyli & sanguinis.

Dosis.

DATUR horâ matutinâ nonâ, & vespertinâ quartâ ad cochlearia ij, iij, iiij.

**Dubitatio
resolvitur**

Dubitanti, an sirupi alvum deicientes rectè securè que dari possint pluribus continuis diebus, in diuturnis præsertim morbis, respondet Matthiolus epistolarum libro 3. pag. 128. plu.

plurimum etiam talium siruporum descriptionem eadem epistola subjungit.

CAPUT XIV.

Sirupus dilutus extemporaneus gialapii.

Non resolutæ resinæ nil operantur. Axioma hoc est *Zwelferianum*, pharmacopœa classe VII. Locum habet in scammonio & gialapio, & non solum in resinâ utriusque, verum etiam in toto. *℞. amygdala dulcia no iij.*

Terantur pistillo, in mortario æneo. Post exime, & abjice. In illo tere

gialapii resinosi nigri pulver. ℥. xxv.

Tere, hinc & inde movendo. Exime. Affunde sensim

sirupi fumaria ʒij, aq. cinamomi ʒß.

Misce iterum, & ex scypho argenteo inaurato propina.

Variari possunt sirupi & aquæ destillatæ, pro ratione affectûs, vel partis laborantis.

Ratio eadem locum habet in resinâ gialapianâ.

℞. amygdala dulcia no ij.

Tere in mortario æneo. Exime. Abjice. Post in illo tere

resinæ gialapianæ ʒj.

Affunde sensim *sirupi cinamomi ʒij,*

confectionis alchermes ʒß,

aquæ scorzonera parum M.

Ex eleganti scypho propinetur spatulâ prius materiam agitando. A cultello dehortantur nonnulli, ne punctiones oriantur.

CAPUT XV.

Ufus in formâ liquidâ, tinctura.

Nomen acquisivit PHALAIÀ à nonnullis, pretiosum hoc divitis naturæ donum, profundis qui habebant in secretis, sub ænigmatum nube, transpositis paucis illis ex ihalapâ literis, IHALAPA exprimere volentibus. TINCTURÆ epitheton reticebant. Medicamentum est principibus medicis & principibus ægris dignum.

*Nomen
phalaia.*

O a

Olim,

Olim, qui vertigine corripiebantur, fixis inconnivis nymphæ radicem in taleolas sectam intuebantur oculis, signaturâ notationis, spirituum mobilium in cerebro exprimentis figuram, & errabundum motum. Qui intuitu longarum inundantium potionum nauscabundâ ventriculi vertigine turbantur, reficiant se intuitu salutaris hujus lymphæ. Bene ipsis erit.

Processus.

R. radicis gialapæ resinosa nigra ℥₂

℥ generosi q. s.

In leni digestionē tinctura extracta servatur ad usum.

Dosis ʒj in aquâ & sirupo cinamomi, vel rubi Idæi.

Jusculum errorum commodum est vehiculum.

CAPUT XVI.

Modus exhibendi gialapium in decocto, vel infuso, vini vel cerevisiæ.

Consuet.

DE hoc utendi modo quid sentiendum, declarat ordo & methodus medicinæ specialis commentatoria. Hoc certum, vinum & cerevisiam non esse idonea solvendi menstrua. Vis κατὰ φύσιν habitat in resinosa parte, quæ nullum ab aqueis menstruis admittit dominatum. Nihilominus si gialapæ prius maceretur in *℥*, & evocetur virtus in tincturâ habitans, verosimile illam liquori utrique, & vino ex αὐτοῦ αἵματι vitigeno, generoso antiquo, cujus color oculis, odor naribus, sapor palato delicias facit, & vino ex τῷ νεῖστῳ ex hordeo, seu cerevisiæ communicatum iri. Experientia docuit, cerevisiam gialapæ radici superinfusam resinam extraxisse. Non desunt ei etiam partes oleosæ & spirituosæ.

Species decocti vel infusi gialapiani.

℥.

R. radicis scorzonera, cicborii, feniculi, pimpinellæ a. ʒij

corr. tamarisci, rad. capp. a. ʒij.

fol. veronica, cochlearia, nasturtii,

fumaria, agerati, agrimonie, aspleni a. ℥₂

seminis cuscuta è lupulis, feniculi, carvi a. ʒj.

florum epatica alba MB, anthys p. ℥.

gialapii in *℥* per noctem in leni calore macerati ʒij

agarici in trochiscos redacti, *℥ij*

sena Alex. f. f. fibrarum bellebori albi,

cort. aurant. citri a. 3j.

croci ♂ nigri cum madalagonibus ♀ pap. 3j.

salis ♀ albi 3j. spir. Oli 3b.

Concisa, contusa f. a. dentur ad chartam. S.

Species zum Kräuterbier.

Ad tres hoc medicamentum dirigitur scopos. 1. ad humorum peccantium præparationem. 2. præparatorum evacuationem. 3. partium affectarum corroborationem. Primi scopi sunt præservatorii: ultimus est vitalis. Singuli apprimè necessarii. Τα πένονα φάσσαντες δει, μὴ ὠπδ, coquendi & præparandi sunt humores, non movendi crudi. Coctio fit reductione ad decentem τῆς μίξεως ῥεόντων. Segregati invicem, sunt uniendi. Evacuandi sunt ad exitum præparati. Roborare licet partes in & post operationem. Nec inde operatio impeditur.

Basis sunt gialapium, agaricum trochiscatum, ex prædominio sanguinis pituitosas atomos, ex subdominio biliosas fermentantia. Duo sunt numero, potestate sunt basis una.

His ceu fundamentis totum compositionis ædificium innititur.

JUVANT hanc operationem, generali & speciali potestate, dum fermentando, melancholicos movent succos, sena & elleborus. CORRIGENTIBUS partim hæc non egent. ex *Dubium de corrigentibus.* instituto naturæ, utpote commensurata proportioni temperamentalī, partim jam limam sunt experta. Si quis verò *Dirigentibus.* curiosus necessitatem urgeat, respiciat DIRIGENTIA, quæ defectus omnes compensare possunt, simul humiditates ventriculi absorbent, & humores lentos absumunt. Scorzonera, cichorium, agrimonia, ageratum, jecur: tamariscus, fumaria, asplenium, cuscuta, cochlearia, lienem: semina anisi, forniculi, pectus, urinariasque vires respiciunt: quædam flatus discutunt, roborant. Prius virtutem habet specierum tincturas evocandi. Effectus hic ut succedat felicius, additur Spiritus Oli. Dum agit in sal, & ebullitionem excitat, simul etiam

no Sæc. II. ART. III. CAP. XVI. PRO DECOCTO ET INFUSO.

etiam contra reliquorum ingredientium concutiit, & hyperaspistes vim omnium ad linguosum viscus deducit, & simul patrocinium suscipit illius visceris, cui cœlitus videtur esse destinatus.

Dotes.

Dotes prædicandæ attribui possunt his speciebus, in affectibus hypochondriorum, mesenterii, pancreatis, adeoque præcipuè, quæ ab his ortum ducunt, febribus.

UTENDI MODUS. Consuuntur species in linteo sacculo. Superinfunditur vinum vel cerevisia, ad supereminentiam sex digitorum in latitudine. Stent in digestionelēni viii. horarum spacio. Bibatur haustus horâ matutinâ nonâ, & pomeridianâ quartâ.

II.

℞. rad. gualapii nigri, resinosi ʒij,
Irroretur spiritu vini ad madorem. Stent per noctem.

Mandè adde.

sena Alexand. f. f. ʒiij,

flor. rosarum albarum, violarum,
prunorum sylvestrium a. p. ij.

Coq. in suff. q. aq. font. secundum artem.

Colatura. ʒiij adde.

sirupi cichorii cum rhubarbaro ʒj,

aq. cinamomi acuti ʒiij, ♀ Olati ʒ. vj

M. F. Potio pro unâ dosi, in robusto.

℞. summit. absinthii pontici, fumarie,

fol. epaticæ aureæ, chamædrys, chamæmeli a. p. v,

flor. sambuci, primul. veris, lilior. convall. a. p. ij,

gualapii nigri, resinosi, per noctem.

in spiritu vini macerati ʒß.

sena Alexandrina sine stipitibus ʒiij,

sem. anisi, fœniculi a. ʒij,

spica, cinamomi a. ʒij.

Concisa, confusa sec. a. exaltentur sale ♀. ʒ. vj.

Dentur in chartâ, in sacculo concisa.

In urceo lapideo stent per noctem, superinfusus vini
cantharis duobus, in leni calore.

Pòst refrigescant. Detur haustus horâ matutinâ nonâ,
& vespertinâ quartâ.

no
SE-